

larem sacerdotem ad quamlibet dictarum ecclesiarum nobis et successoribus nostris presentent investiendum. Et illis defunctis vel altero eorum etiam resignante vel resignantibus nobis modo predicto alium vel alios investiendum presentabunt. Renunciantes super venditione dictorum bonorum pro nobis et nostris successoribus omni exceptioni et auxilio iuris per quod effectus presentium posset impediri vel aliquo modo irritari seu retractari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Monasterii anno dni. M. CC. L. XXX quarto. feria secunda infra ebdomadam penthecostes.

(L. S.) Sitzender Bischof im Ornat mit der Umschrift:  
 EVERHARDUS DEI GRACIA MONASTERIEN. EPS.  
 Contrasingill. Brustbild des Apostels Paulus mit der Umschrift:  
 Secretum. Mon. Epi.

## II.

Das Dom=Capitel in Münster genehmigt obigen vom Bischofe gemachten Verkauf.

Nos Walramus Dei gracia prepositus. Nos brunstenus decanus, totumque capitulum ecclesie Monasteriensis. Omnibus presentia visuris notum esse cupimus quod nos venditionem curtis in holtgest et omnium prediorum et possessionem in wintzum cum omnibus ipsorum attinentiis et translationem iuris patronatus ecclesiarum in holtgest et in wintzum dicte curti prediis et possessionibus annexi, factam per venerabilem dominum nostrum Everhardum Dei gracia Monasteriensem Episcopum viris religiosis Commendatori sacre domus hospitalis iherosolimitani sci. Johannis in Stenvordia et fratribus eiusdem domus in Gemmegum et in Werfum gratam et ratam habemus, et presentibus confirmamus. Renunciantes super vendicione dictorum bonorum pro nobis et nostris successoribus omni exceptioni et auxilio iuris per quod effectus presentium posset impediri vel aliquo modo irritari seu retractari. In cuius rei Testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Datum Monasterii anno dni. M. CC. L. XXX. quinto. Sabbato quo cantatur Karitas Dei.

Beschädigtes Siegel. Brustbild des Apostels Paulus mit der Umschrift: S. Paulus Apls. . . . .

Schaumann.

### 3. Die Bögte von Hannover im dreizehnten Jahrhundert.

Ein vervollständigtes Verzeichniß der Bögte von Hannover während des dreizehnten Jahrhunderts hat der Herr C. L. Grotefend,